

ad Dominum Deum^a nostrum, ut mereamur ab^b eo adiuvari et salvari, qui vivit et regnat in saecula saeculorum'. Deinde dicatur a^c priore: *Deus¹ in adiutorium^d tribus vicibus, semper^e respondentibus ceteris, subiungendo 'Gloria patri'^f et postea 'Kyrieleyson' et orationem^g dominicam. Deinde dicat^h prior: *Et² ne nos inducas in temptationemⁱ*; respondeant^k ceterae: *Sed³ libera nos a malo*. Surgentes iterum dicant versum: *Respice⁴ in servos tuos*, pariter usque ad finem, subiungentes 'Gloria patri'. Post hoc sequatur oratio a priore: 'Dirigere et sanctificare¹ digneris Domine Iesu Christe' et^m cetera; deinde dicatur a priore: *Adiutorium⁵ nostrum in nomine Domini*, respondentⁿ: *Qui⁵ fecit celum et terram*. Post⁶ haec legatur regula, deinde breve et nomina, si qua fuerint, defunctarum recitentur sororum. Nulla autem ingrediatur, quando prima vel secunda lectio recitatur, nec ante aliqua benedictionem petat, quam domna abbatissa vel prior dixerit. Postea^{o.7} quae culpabilis^p est postulet^q veniam et secundum modum culpe iudicium^r recipiat et^s tam in capitulo^t quam in quolibet loco^u vel conventu, quando^v veniam postulat^w, soror^x ad^y domnam abbatissam vel praepositam^z sive^a priorem aliquam, cum*

a) 'Deum nostrum' desunt C. b) 'ab eo — saeculorum] possidere vitam aeternam, amen' C. c) 'a priore] versus' C. d) 'adiutorium] meum intende' add. C. e) 'semper — subiungendo] priore incipiente et caeteris respondentibus, subiungentes' C. f) 'patri] et caetera' add. C. g) 'oratio dominica' C. h) 'dicat prior' desunt C. i) 'temptationem] et caetera' add. C. k) 'respondeant — a priore] 'et veniat super nos' et caetera; 'respice in servos tuos', pariter usque in finem psalmi, subiungentes Gloria; deinde prior dicit' C. l) 'sanctificare] et custodire' add. C. m) 'et cetera — respondent] fili Dei vivi hodie corda et corpora nostra et sensus nostros in via et in lege tua et in operibus mandatorum tuorum et pedes nostros dirigere in viam pacis, in viam salutis, in viam iustitiae tuae, ut hic et in perpetuum te adiuvante salvi esse mereamur, qui cum patre et spiritu sancto vivis et regnas, Deus per infinita saecula saeculorum, amen' et caetera, respondent alii: 'In nomine Domini' C. n) 'respondent] r.' M. o) 'Postea quae] Post haec qui' B. C. p) 'culpabilis] culpabilis' M. q) 'postulet veniam] veniam postulet' B. r) 'iudicium] vindictam' B. s) 'et tam — necessitate queque] quisquis vero' C. t) 'capitulo] claustrum' B. u) 'loco — conventu] conventu vel loco' B. v) 'quando' deest B. w) 'postulet' B. x) 'soror] frater' B. y) 'ad — abbatissam] ante dominum abbatem' B. z) 'praepositum' B. a) 'sive — aliquam] aut decanum aut quemlibet de senioribus' B.

1) Psalm. 69, 2. 2) Matth. 6, 13. 3) Ibid. 4) Psalm. 89, 16. 5) Ibid. 123, 8. 6) 'Post haec — prior dixerit' aus unbekannter Quelle. 7) Zu 'Postea — surgentes a capitulo' vgl. Mem. Bened. p. 67; Chrod.⁴ c. 18 ist stark verkürzt.